

Partitio II.

De quibusdam minutioribus difficultatibus circa mundum.

Hec facilia per quādam quæsita, & quādam responsiones circa mundum resolvemus. Quid sit mundus? an mundus sit ens per accidens? an Deus sit pars mundi? quod sunt mundi? & quoniam sit productus?

*Nom. 6.
Quia si
mundus in-
dicatur.*

Quaritur ergo *primo*, quid sit mundus? Respondere Peripateticos definire mundum, *Compag-
em ex celo, terraque, & his, que inter ipsa, & in eis
sunt, coagimentata, que definitio satis de se est di-
lucida, conuenienter definita; nihil enim aliud
est mundus, nisi congregatio, & adunatio mul-
torum entium particularium, unum aliquod totale
conflantium, inter quæ entia primum lo-
cū tenet homo, cæli, & elementa.*

*Quæ compages animata non est, ut volvēre
Platonici, licet aliquæ eius partes sint animatae,
& probatur; nam si mundus esset animatus, ha-
beret aliquæ functiones vita, omnésque partes
mundi haberent aliquod vitæ principium, in
quantum informarentur anima vniuersi; sed ex-
perientia constat, quod v.g. ær, aqua &c. nullum
habeant principium vita. Secundo, si daretur
quādam anima vniuersi, quodlibet viuens infor-
maretur dupli anima, duplique formæ, vide-
licet formæ, & anima propriæ: deinde anima
vniuersi, sicque v.g. in homine apparetur quā-
dam operationes vniuersi, quales tamen nulla
possunt assignari; sed omnes hominis vitales
actiones, ut nobis constat, progradientur ab ani-
ma rationali. Et licet hæ rationes non sint om-
nino conuincentes; plurimùm tamen probabili-
tatis habent: addit quod, licet non sit forte ex-
plicitæ de fide mundum non esse animal, est fal-
tem implicitæ; videturque absurdum, mundum
dicere animal, rectaque rationi contrarium.*

*Quaritur secundo, an mundus sit ens per
accidens? videtur enim quod sic, quia aggrega-
tio multorum entium efficit unum per accidens.*

Respondere tamen mundum habere vniat-
tem per se. Probatur *primo*, illud habet vnitatem
per se, quod habet partes ordinatas ad se inui-
tem, sed mundus habet huiusmodi partes: nam
videmus elementa optimo situ, & ordine esse in-
ter se disposita, & coadunata, partēque mundi
sibi inuicem debite correspondere; ergo mun-
dus est compages per se rite ordinata. *Secundo*,
illud non est ens per accidens, quod est maximè
perfectum, sed mundus est debitis, imò maximè
perfectus; ergo mundus non est per accidens;
maior patet, minor probatur, quia Deus condi-
dit mundum in numero, pondere, & mensura, hoc
est in suis perfectionibus, quas Pythagorici col-
locabant in numero ternario.

Ad rationem vero dubitandi facilis est re-
sponsio; aggregatio multorum entium non or-
dinatorum inter se efficit unum per accidens,
hoc est verum; & aggregatio multorum entium
inter se ordinatorum facit unum per accidens,
hoc est falsum: mundus autem est aggregatio
multorum entium, sed inter se ordinatorum;
quare non est unum per accidens.

Quaritur tertio, an Deus sit pars mundi,

*An Deus si
pars mundi?*

Respondeo negatiuè: *Primo*, quia Deus est con-
ditor mundi, sed pars non efficit totum in gene-
re causæ efficientis, ergo Deus non est pars mun-
di: *Secondo*, mundus, ut hic à nobis definitur, est
Physicæ considerationis, sed Deus non est Physicæ
considerationis, ergo non est pars mundi. De-
nique pars debet includi in toto, at Deus non po-
test includi in mundo, ergo non est pars mundi.

*An Angelis vero cum distinctione re-
spondendū est, nam si mundus dicatur compre-
hendere ea omnia, quæ sunt creata à Deo, Ange-
li erunt partes mundi; si vero fumatur mundus,
prout est suprà definitus, compages ex celo, &c.
tunc non sunt partes mundi, sed sunt suprà mun-
dum: addit, quod Angelii non sunt Physicæ con-
siderationis; mundus vero à Physico considera-
tur; at focus est de homine, homo enim pertinet
ad Physicum propter corpus, & etiam propter
animam; quia ipsa dicit essentiale ordinem ad
corpus: at natura Angelica nullo modo dicit es-
sentialis ordinem ad aliquod materiale.*

Quaritur quartio, an plures sint mundi? Resp. saltem esse implicitè de fide mundum esse
vnus, dum enim sacra scriptura de mundo lo-
quitur, tanquam de uno loquitur, *radicitur mun-
dum disputationi eorum: mundus eum non cognoscit,
& ciuiusmodi. Probari quoque potest rationibus
multum apparentibus; Prima est, datur vnus
tantum mundus archetypus, id est, datur unus
solus Deus, ad cuius vniuersitatem debuit produci
mundus sublunar. Secunda est, si essent duo
mundi, vel terra vnius differret specie à terra al-
terius, vel tantum numero, non specie; aliquis
conuenirent in solo nomine, sicque vna terra
non esset vera terra, & vna mundus non esset
verus mundus, nisi æquioce: quod si differret
tantum numero, terra alterius mundi tenderet
ad centrum huius mundi, & proinde terra alte-
rius mundi esset in altero mundo violenter. Ita
ær istius mundi posset esse supra terram alterius
mundi, sicque omnia essent confusa. Tertia ratio
est efficax apud Thomistas: tunc datur vnum so-
lum, quando forma exhaustit totam materiam,
quia Physica multiplicabilitas pectitur à materia;
cum ergo materia mundi sit exhausta à forma,
non poterit multiplicari ad alios mundos con-
stituendo.*

*Et hæ quidem rationes sunt probabiles, non
tamen demonstratiæ, quidquid velint Aristote-
lici.*

*Ad primam enim responderi poterit, quod
licet sit vna mundus archetypus, non tamen
ex hoc necessariò inferatur, debere esse tantum
vnum sublunarem, quia vna artificis possunt
esse plura artificia.*

*Ad secundam rationem dicere illos mun-
dos fore diuersos specie, proindeque grauitas
terra vnius mundi non tenderet ad centrum al-
terius mundi, sed quiesceret in centro sui mundi;
nec esset absurdum illos dicere diffirent specie;
nam conuenient in ratione generica, quod sus-
citat.*

*Ad tertiam dicere illam materiam huius mun-
di esse totam exhaustam à forma huius mundi;
esse tamen aliam materiam pro forma alterius
mundi; sicut materia cæli luna exhaustitur tota
à forma cæli luna; hoc tamen non impedit, quin*

An Angelis?

*Num. 3.
Est tantum
vna mun-
dus. Proba-
tur tribus
rationibus.*

*Rationes tra-
men allatae
non communi-
cantur.*